



1. Arnoldi Joh. Conr. diff. de Deo, Mundo et Homine, Gisse 1719.
2. Baumgarteni Sijism. Jac. diff. ad verba Rom: A. V: 4. Hald 1738.
3. Beumleri Marci diff. de libero Nature Tiguri 1797.
4. Gernerii Salam. Theres. de Sacramentis in genere, Wittenbergæ 1596.
5. Hartmanni Joachimi diff. Sirtens Vati-
cinum Simeonis. Rostochij 1744.
6. Heilbronneri phil. diff. proponendi
Antitheria Doctrinae petri Apostoli et
Pontificis Romani, Lauingæ 1597.

26
D. O. M. A.

PROBLEMA

NVM VERBI DIVI

NI AVTORITAS TANTVM AB
ECCLESIA, RATIONE HOMINVM EIVS-
dem beneficio ad æternæ vitæ hæreditatem
aspirantium, pendeat?

Quod

Moderatore

REVERENDO AC CLARIS-

SIMO VIRO Dn. IOHANNE GEORGIO VOLCK-

maro SS. Theologia Doctore & Professore, in inclita

Academia VVitebergensi,

Contra Pontificios,

Ad Disputationem Quintam, in Collegio Stu-
diosorum Theologiæ privato, 29. Octobris
instituendam proponit.

M. VDALRICVS NAGEL,

Brandenburgensis.

RESPONDENTE.

IOHANNE KEMPFIO,

Staffelsternense Fr.

VVITTEBERGÆ,

Typis M. Georgi Mulleri

ANNO M. D. XCV.



**REVERENDIS AM-
PLISSIMIS ET PRVDENTISSI-
MIS VIRIS, Dn. M. MARTINO MONTA-
gio Superintendenti vigilantissimo, totiq; mini-
sterio, Dominis Consulibus Reipub. Brande-
burgensis, & reliquis, in nouo oppido, Ordinis
Senatorij Affessoribus, Meccenatibus & amicis
suis obseruandis, pro liberali, ad studiorum conti-
nuationem, sustentatione gratitudinis ergo
hanc *εὐχάριστη* Theologicam conse-
crat & offert.**

M. ADALRICVS NAGEL
Brandenburgensis,

M. ADALRICVS NAGEL
Brandenburgensis
RECTOR
ANNO M. D. XCV



THESES THEOLOGICÆ
De verbi diuini Autoritate ratione Eccle-
siæ considerata.

Thesis I.

Ecclēsiā veram immotū verbi diuini funda-
mentis ductam, quōsdam sacri Codicis libros in
Canonem referre, quōsdam verò ab eodem re-
fute secludere disputatione præcedenti irrefra-
gabiliter est euictum: ut igitur, qua ratione hoc ius eidem
debeat, hac vice videamus & utile & necessarium.

ἁφορμῆ

2. Cum enim Papicolarum cōhōrs prætorica plane potesta-
te omnes Bibliorum libros canonicos, & nonnullos, de quo-
rum autoritate maximum apud Orthodoxos dubium est, ad-
iectos ἡκιστοῖς Sacra scriptura libris exæquet: num res hac
penes Ecclesiam tota resideat, priorum animus ambigit.

ἁφαιρέσει τῶν μὴ ἡτοῦμένων.

3. Quia autem Pontificij, in hac quæstione discutienda
scælum terra miscentes, & varias distinctionum rimas, qui-
bus elabantur, quærentes, multis errorum labyrinthis sese in-
volvunt, ijs, de quibus nulla nobis cum Adversarijs contro-
uersia est, missis, verum huius συζητήσεως statum eruere nos
oportet.

4. Non igitur in disceptationē vocatur, utrū Ecclesia aliquod
Sacra scriptura testimonium perhibere, eam suo suffragio cō-
probare, indubitatæ rationum momentis ex eadem scriptura
petitis ἀναμφιλέκτως verbi diuini libros ab ἀδικοῦσιν &
adulterinis eliminare, & veritatem sacro Codice comprehen-
sam promulgare possit?

5. Id enim qui Ecclesia denegat, neq; in nostris, neq; in
Pontificiorum castris reperietur, quod ea est columna ex sta-

2

bilimeno

1. Tim. 3. *lumina veritatis, quod est dux caecorum & lux eorum,*
 vers. 15. *qui sunt in tenebris, quod ejus est adoptio & gloria, & fœ-*
 Rom. 2. 19 *dera, & legis constitutio, & cultus & promissiones.*
 Rom. 9. 4. 6. *Quamobrem nostrates, ut falso Romanenses calu-*
mniantur, Ecclesiam de ponte non deiciunt, sed potius eo,
quo divinitus statuitur, loco habent.

ΖΗΤΟΥΜΕΝΟΝ.

7. *Hoc verò in quaestione positum est: VTRUM VER-*
BI DIVINI AUTORITAS, QVO AD NOS à SO-
LA ECCLESIA, VEL AN POTIVS à SPI-
RITVS SANCTI TESTIMONIO INTERIO-
RI SUSPENDENDA SIT.

ἐκθεσις τῶν διδουμένων I. τὸ ἠγούμενον.

8. *Autoritatis voce ἐξοχήν quandam, eminentiam seu*
prærogativam notamus, qua quis pollens, hos Sacra scriptu-
ra libros θεοπνεύσας, illos verò ἢ ἐκ ἐνδοξίας, ut Eusebius
 lib. 3. c. 3. *loquitur, statuit, et quod in iisdem continetur, sine vlla tergi-*
 & 25. *versatione, vel pro certo ratio habendum vel reiciendum*
mandat.

9. *Αυθεντίας enim, unde quidam AVTORITATIS*
vocabulum deducunt, est ὁ ἐαυτὸν ἐπαφείη ἐν πάντα, καὶ ὡς
αὐτεξούσιος, καὶ μὴ ἄλλῃ ἀλλ' ἐαυτὸς ὡς, qui suum imperium ad
omnia extendit, & sui iuris existens non accipere sed da-
re leges solet.

10. *Particulas hasce (QVO AD NOS) propter Pon-*
tificiorum & Jesuitarum cautius hoc tempore mercari di-
scientium κρησφύγετα addimus.

11. *Etenim ne, ad ipsam verbi divini lucem, in cor-*
iporum varijs errorum tenebris caliginosum radios suos
diffun-

diffundentem, "caecutire videantur", Sophistica quadam
διὰ τὴν πρᾶξιν ἰσοπύρην, quo verbi Autoritatem Ecclesie
unicè acceptam referendam esse hæcenus asseruerunt,
pingentes, Autoritatem verbi duplicem aliam κατ' ἐαυτῶν,
aliam κατ' ἑμᾶς insidiosè comminiscuntur.

12. Nam Bellarminus, Scripturas non egere ap- In contro-
probatione Ecclesie, quodque Ecclesia dicitur uers. de
eas approbare, id nihil aliud esse, quam declara- Concil.
re has scripturas esse Canonicas, pronunciat. quæst. 2r

13. Paulo apertius eandem rem Stapletonus Iesuita lib. 9.
Duacenus in lucem profert inquiring: Non quæritur Doctrin.
vtrum scriptura in se Sacra ac divina sit, sed vn- princip.
de nobis constet eam sacram ac divinam esse. cap. 1.
Huic & Andræus astipulatur, in hunc modum scribens:
Ecclesia scripturæ suam Autoritatem non attri- lib. 3. de
buit, sed nobis tantum declarat, quanta eius in se fens. Tri-
sit autoritas. dent. Cō-
cil. item
lib 2.

14. Et porro asserit: ideo aliquid credendum es- Chemnit.
se, quia visibilis cœtus, qui titulum Ecclesie ha- in exam.
bet, illud obseruarit, quamuis nullo scripturæ te- Concil.
stimonio probari possit. Trident.
part. 1.
Decret. 1.
& 2. sess. 4
fol. 100r

15. Sed quam turpiter futilissimâ hac διαίρεσιν se toti
mundo Pontificij itemq; Iesuita deridendos propinent, ex se-
quentibus patefcet.

16. Cùm enim Antecessorum sententiam pedibus quasi
conculcant, tum verò blasphemam assertionem verbis ex-
pientes, factò & re ipsa resorbent.

17. Nam Anno Salutis 1561, contra Ecclesias nostras
Ferraria Monachus quidam nomine Ioannes scriptum evul-

gavit.

Vide
uē script.
Flacij
part. 2.
fol. 421.

Cocleus
in Replie.
sua contra
Bulling.
cap. 2.

Scapleto
aus lib. 9.
princip.
Doct. ca. 1

gavit, quo Ecclesiam supra Euāgelion esse & omnia,
quæ in Euangelijs reperuntur, firmitatem non ha-
bere, nisi per Ecclesiæ determinationē, impudenter
asseverare non dubitas. Idem Martinus Peresius Hispa-
nus, Pighius de Hierarch. Ecclesia, itemq; Hosius docent.

18. Distinctionem, quam Aduersarij hic rimantur, nullā
esse, hoc Syllogismo evincimus.

19. Si scriptura sacra omnem Autoritatem atq; eam etiam
quæ ipsi ab Ecclesia ratione nostri conferri videtur, à Spiritu
sancto accipit, Pontificiorum distinctio in fumum abit. Sed
verum prius. Ergo & posterius.

20. Maioris connexionem nemo sanus in dubium vo-
cat, quod omnis Autoritas, eam, quam Ecclesia Romanenses
assignant, excludit.

21. Assumptio ex his dictis patet: Spiritus sanctus non
tantum Apostolos, sed nos etiam (siquidem, quod Apostolis
omnibus est dictum Marc. 13.) in veritatem ducit Ioh. 16.
Retecta faciem Domini, (qua indubitato verbi divini nomi-
ne venit) intuentes, in eandem imaginem transformamur à
gloria in gloriam tanquam à Domini Spiritu 2. Cor. 3. 18.

22. Nec est, quod quis cum Iesuitis vocabulorum homoo-
nymia ludens, Ecclesia autoritatem, quam verbo Dei attri-
buit, declarationem veritatis καὶ ἠμῶν ἀξιωματὰ, esse dicat.

23. Siquidem de hoc, num, propter solam hanc veritatis
declarationem, verbum ratum firmumq; homines habeant,
disceptatur.

24. Quid? quod Ecclesia, qui nam libri Bibliorum in
Canonem sint referendi, Iesuita in solidum ascribentes, Ec-
clesiam cum suis Maioribus scriptura superiores faciunt. Is-
dem enim Canonici libri, de quibus Ecclesia iudicat, in scri-
pturis habentur. ἡ δὲ ἐκείνη τὴν ἐπινοήσασθαι.

25. Ἐπινοήσασθαι Ecclesia mentionem facit, quam non Ponti-
ficem, ut Aduersarij faciunt, Romanum, Pastores & Do-
ctores,

dores, itemq; Concilia, sed omnes verè fideles, sinceris verbi ministris non exclusis, intelligimus, quemadmodum ea in scripturis delineatur.

26. Internum Spiritus sancti testimonium nobis est, quod ipse ratione hominis interioris in quo per eundem spiritum corroboramur, verbo perhibens, Spiritui nostro nos Deos esse persuadet.

Canes in locis com. lib. 2 ca. 8. Eph. 2. 21. & 1. Pet. 2. 4. 5. Eph. 3. 16. Rom. 8. 15.

Διορισμὸς τῶ ζητούμενου.

27. Scopum itaq; in hac disputatione nobis praefixum artingentes, indubitatis quibusdam rationum momentis ad verbi divini lancem oppensis hujus ζητήσεως, omni ἀπολογίᾳ remota, veritatem inquiremus: Num verbi divini Autoritas καὶ ἡμᾶς tantum ab Ecclesia, aut potius ab interna Spiritus sancti persuasione dependeat?

28. Pontificij & Iesuita κατὰφατικῶς, ut ex precedentibus constat, hoc ζήτημα ἀπλεξανται: nos autem ἀποφατικῶς, κατὰσκειυῖς καὶ ἀνασκειυῖς beneficio veritatem ejus eruemus.

LOCVS I.

29. Propterea etiam nos gratias agimus Deo in definenter, quod acceptum sermonem, quem audistis à nobis de Deo, exceperitis, non pro sermone hominum, sed (sicut vere erat) pro Dei sermone, qui etiam agit in vobis, qui creditis.

1. Theff. 2. 13.

30. Quò & ille referendus: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. In eum autem (intellige Dei filium), credimus, quando, ut oves ipsius, ejus vocem scripturarum de eodem testificantium, nomine venientium, (quam ἡμεῖς ἰσχυροῦς jubemur) audimus.

Ioh. 6. 29. Ioh. 10. 27. Ioh. 5. 19.

31. Ex hoc itaq; loco ejusmodi συλλογῆς λόγων neglectimus. Qui in nobis agit, ut sermonem nobis predicatum non ut hominis,

hominis,



hominis, sed ut verè est, Dei sermonem excipiamus ab eo
magis verbum idem auctoritatem καὶ ἰσχυρὰ habet. Deus ut ser-
monem nobis predicatum, non ut hominis, sed Dei sermonem
excipiamus efficit.

Ergo ab eo potius verbum, Quo ad nos, Auctoritatem
habet.

32. *Majore, quæ luce sua claret, missa, μεταλήψα ex loco
antea citato robur addimus.*

33. *Apostolus enim Thessalonicenses suos verbo predicato
omne momentum detulisse ostensurus, causam, gratiâ cuius
hunc effectum produxerunt, subjungit, inquiens; Qui agit
in vobis, qui creditis.*

LOCUS II.

Joh. 5. 44. 34. *Quomodo vos potestis credere, cum glori-
am alij ab alijs captetis, & gloriam quæ à solo Deo
proficiscitur, non quærat? Paulus autem, quam hic
Christus gloriam à Deo solo proficiscentē notet, à Christo in
tertium cælum raptus & mysteria regni cælestis edoctus, ex-
planat: Nos relecta facie gloriam Domini ut in
2. Cor. 3. 18. Speculo intuentes, in eandem imaginem transfor-
mamur ex gloria in gloriam tanquam à Domini
Spiritu.*

Joh. 12. 42. 43. 35. *Porro ipse Iohannes sui optimus interpret eam, cuius
hic meminit, gloriam à Deo nobis conferendam plenius ex-
primit, Sic inquiens: Veruntamen etiam ex principi-
bus multi crediderunt in eum, sed propter Pharise-
os non confitebantur, ne synagoga moverentur.
Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam
gloriam Dei.*

36. *Ex his autem talis Syllogismus emergit: Si gloria ea,
quæ verbo credimus & assentimur, à solo Deo proficiscitur, à
Spiritu*

Spiritus sancti interiori persuasione QVO AD NOS etiam
ejus autoritas usque dependet.

Sed Antecedens est verum,

Ergo & consequens.

37. Connexio Majoris inde patet, quod particula (μὲν)
 omnem παρασάτην, verbi autoritati us accessio fiat, operā suā
 efficientem tollit.

38. Assumptionem loci scripturae antea adducti luce me-
 ridiana clariorem reddunt. Siquidem gloriam Dei FIDEI,
 qua πληροφορία omnem verbo reverentiam defert, ἀπιστοφω-
 esse & Deo unice adscribendam ex praemissis constat.

39. Qui igitur complexionem inficietur à ratione alienum
 sit oportet.

LOCVS III.

40. Non addetis ad verbum, quod ego praecipio
 vobis, neq; diminuetis ex eo, ut custodiatis praece-
 pta Iehovæ Dei vestri, quæ ego praecipio vobis.

41. Et porro, Sic dixit Iehova exercituum: Ne au- Deut. 4. 2.
 dias verba Prophetarum illorum, qui prophetant & 12. 31.
 vobis, vanescere faciunt vos, visionem cordis sui
 loquuntur, non de ore meo. Et praeterea: Jerem. 23.
 Errare faciunt populum meum mendacijs suis & 16.
 blanditijs; & ego non misi eos, nec praecipi eis.

42. Ex his locis sic inferimus: Si Ecclesie, Doctores &
 Pastores, omnesq; omnino fideles ad verbum divinitus pate-
 factum remittuntur, verbum QVO AD NOS non ab Eccle-
 sia sed à Deo ipso idem promulgante omnem Autoritatem
 usque habet. Ibid.
 vers. 36.

Sed Antecedens est verum

Ergo & consequens.

D

43. Hypo.

43. Hypothesi propositioni ἀσφάλεια hoc largitur,
quod Ecclesia ἀυτεξέσσιος non est, sed quendam se superio-
rem agnoscens, judicariam de verbo potestatem ad sum-
mum omnium rerum moderatorem, cui omnia subiecta sunt,
Coloss. 1. 17. devolvit.
1. Cor. 15. 27. 28.

44. Unde & ob hanc eandem causam Salvator ver-
bum ipsum judicem appellare non erubescit.

45. Assumptio ex antea assignatis scripturae locis est ma-
nifesta συμπερασμα igitur haud invitus quilibet conce-
dat necessum est.

LOCVS IV.

46. Fidelis Deus, quod sermo noster, quo usus
sum apud vos, non fuit Etiam & non. Nam Dei
filius Iesus Christus, qui inter vos per nos praedi-
catus est, per me & Sylvanum & Timotheum, non
fuit etiam & non. Et paucis interjectis, Apostolus
subiungit: Porro qui confirmat nos vobiscum in
Christum, & qui unxit nos, Deus est. Qui etiam
obsignavit nos deditq; arrhabonem Spiritus in
cordibus nostris.
1. Cor. 1. 18. 19.
vers. 21.
vers. 22.

47. Unde concludimus: Qui veritatem in cordibus
nostris sancit & obsignat, ab illo eiusdem verbi autoritas
QVO AD NOS κατ' ἴσιν dependet.

Deus per Spiritum sanctum verbi veritatem in cordi-
bus nostris sancit.

Ergo, &c.

48. Majorem Autoritatis, quam veritas rei ab autore
certo dependens, constituit, definitio confirmat.

49. Assumptum Aphorismata ex Epistola Pauli ad Cor-
inthios posteriori petita demonstrant.

LO.

50. *Christus discipulos parabola de semine in diversam terram cadente, interpretationem sciscitantes sic alloquitur: vobis datum est nosse mysteria regni Dei, reliquis autē per parabolas, ut videntes non vident, & audientes non intelligant.* Luc. 8. 10. Marc. 4. 11. Matth. 13. 11.

51. *Quomodo vero & à quo discipulis τὸ νοῦν mysteria regni Dei ut omne νόημα captivum duxerint, ad obediendum Christo, sit datum, Saluator suā ad patrem directā gratia, ut actione easserit: Confiteor tibi, pater, Domine cœli & terræ, quod absconderis hæc à sapientibus & intelligentibus & revelaveris infantibus.* 2. Cor. 10. 5. Matth. 11. 25. Luc. 10. 21.

52. *Ex collatione autem Evangelistarum, de assensione, qua fide verbum apprehendimus, ejusq; autoritatem perpensimus, sermonem fieri elucescit.*

53. *Nam Matthæus eandem historiam scripto comprehendens, reliquam auditorum Christi partem verbo Dei, propter Deum in ipsis gratiosa sua in habitatione non operantem, fidem hæc adhibuisse asserit, & id ipsum Esaiæ testimonio comprobat.* cap. 13. vers. 11, 14.

54. *Sic enim inquit: Auribus audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non cernetis.* Esa. 6. 9.

55. *Iohannes autem Evangelista, de quibus Esaiæ sententia sonat, plenius exprimit, causam ostendens, qua Iudeorum principes impediti, sermoni Christi fidem non adhibuerunt.* cap. 12. 37. 38.

56. *Subjungit enim: propterea non poterant credere, quia iterū dixit Esaias: Ex cœcavit oculos eorū et callum obduxit cordi eorum, ne videāt oculis*

B 2 & ne

& ne intelligant corde & convertantur, & sanent eos.

57. Talis ergo ex loco citato Syllogismus emergit: Quod non agente homines assensionem de verbo suspendunt, eodem agente debitum autoritatis pondus eidem verbo deferunt. Sed Deo non agente homines de verbo assensionem suspendunt, Ergo eodem agente, verbo debitum Autoritatis pondus deferunt: & ἐπομίνωσ verbalis Autoritas QVO AD NOS non ab Ecclesia tantum, sed ab interiori Spiritus sancti testimonio κυρίωσ dependet.

58. Majorem hoc Axioma roborat: Contrariorum eadem ratio est.

59. Minorem premissa scripturae sacrae testimonia, eorumque à Spiritu sancto inspirata ἐπιβεβαιώσ ἀξιόπιστον reddunt.

LOCVS VI.

2. Pet. 1. 19. 20. 21. 60. Habemus βιβλαότῃσ Propheticum sermonem, cui attendentes recte facitis.

1. Pet. 2. 12. 2. Tim. 3. 16. 2. Pet. 1. 20. 61. Et porro: Hæc prius noveritis, quod omnis Prophetica scriptura non sit ψῆμας ἐπιθυσιώσ.

62. Ratio additur: Non enim voluntate hominis allata est Prophetia, sed Spiritu sancto impulsu locuti sunt Sancti Dei homines.

Act. 17. 11. 63. Atq; hac de causa recte scribitur: Iudæorum ἐυλαβισσῃσ, qui erant Thessalonicae, qui receperant sermonem, μετὰ πάσῃσ προθυμίαισ ἐνακρίνουσ αὐτὰσ ὑσ φάσ, an hæc ita se haberent.

64. Ex quibus Argumentum: Si βιβλαότῃσ scriptura sacra ex eo, quod sancti Dei homines ὑπὸ τῷ πνεύματὸσ ἁγίῃσ φεγῃσιν locuti, nobis immota est, verbum Autoritatem QVO AD NOS non ab Ecclesia tantum, sed à Deo ipso imprimis habet.

Sed illud est. Ergo & hoc.

65. Con-

65. Connexum Hyppotheticum ex Apostolo Petri scopo, ad quem suo Aphorismo supra citato collineat, firmum est.
66. Nam Auditoribus suis, ad quos Epistolam hanc exaravit, verbi à se predicati certitudinē persuasurus, ad ipsum Spiritum sanctum mysterium Evangelij à seculis absconditū, suis fidelibus revelantem, eos remittit. Rom. 16.
25.
1. Cor. 2. 7.
67. Contra autem à privata Ecclesia, penes quam ἐπιμνηστικῶς donum esse solet, interpretatione ipsos abducit, eamque ἀνθρώπων δόγμα vocat.
68. Atq; hanc Apostolici Canonis ductum, in primitiva Ecclesia, fideles Pauli & Silae concionem ex ipsis scripturis ἀνακρίνομεν, sequuntur.
69. Assumptioni Thesis 60. 61. & 62. fidem faciunt.
70. Porro his & Patres antiquissima veritatis regula assertores subscribant: Chrysostomus quidem homilia 13. in Genesim. Augustinus verò de unitate Ecclesia cap. 30. Atq; tantum de κατασκευῆ: ἐλεγχορ paucis subijciemus.

κατασκευῆ.

Argumentum primum.

71. Si verbi Autoritas QVO AD NOS tantum ab Ecclesia dependet, Maria Ioseph & Hanna, tēpore Christi, Phariseorum & Scribarum in cathedra Moysis sedentium, adulterinas legum explicationes impie respuerunt. Matth. 23.
2.
Sed consequens ἀπεγοσδιόνησιν est.
Ergo & Antecedens.
72. Majoris connexioni rectē assentimur. Nam Phariseos Ioseph Maria & Hanna spernentes, ipsi Deo medium digiti ostendisse rectē dicuntur. Qui enim contemnit, non contemnit hominem sed Deum. 1. Thess.
4. 5.
Luc. 10. 26.
73. Assumptio ex ipsius Christi verbis plana est. Inquit enim: Oves suas latronum, qui ante se venerunt, Ioh. 10. 8. vocem non audivisse.

B r

Argu.



Argumentum Secundum.

74. Si verbi Autoritas QVO AD NOS tantum ab Ecclesia penderet, plus fidei Ecclesie quam Deo adhibendum esset.

Sed hoc est ἀτοπον. Ergo & illud.

75. Hypothesi propositio connexionem veram esse inde patet, quod is, cuius autoritate & iudicio rem quamdam approbamus, in maiore, quam res acceptanda, eminentia sit constitutus oportet.

76. Assumptionem ipsi adversarij haud inviti concedunt. Conclusionem igitur & certam esse nemo ambiget.

Argumentum tertium.

77. Si Ecclesia verbo Dei QVO AD NOS omnem auctoritatem attribuit, id dextra verbum fiat est necessum. Sed posterius est falsum.

Ergo & prius.

78. Maioris connexionem sic demonstramus, Ecclesia sola verbo Dei QVO AD NOS debitam auctoritatis pondus aut ex verbo aut extra idem conciliat. Nullam enim hic tertium.

79. Si ex verbo accessionem auctoritatis scriptura fieri pontificij concedunt, πρῶτον ἑαυτοῦ ipsum turpissime jugulabunt. Siquidem tum QVO AD NOS verbum non à sola Ecclesia auctoritatem habet. Alterum igitur statuendum est necessum.

80. Assumendum multa scriptura testimonia manifestum reddunt, & in primis Esaias: Ad legem & Testimonium si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit

cis

eis matutina lux : Et Christus idem urget : ἐγερσατε Ioh. 5. 39
τὰς γραφάς.

Argumentum Quartum.

81. Si sola Ecclesia QVO AD NOS omnem Autoritatem verbo largitur, ea fidei nostra Domina erit. Sed hoc non est. Ergo nec illud.

82. Majoris connexio vera est. Nam pro arbitrio scripturam nobis explanaret, ejusque verum, (utpote quod scripturam, propter hoc ipsum, Ecclesiam longo intervallo post se relinquit) sensum demonstraret.

83. Minorem Apostolus Paulus ratam facit, inquit: Non dominamur fidei vestrae, sed συνέχοι sumus, Cor. 16. 24. gaudij vestri.

Argumentum Quintum.

84. Si à sola Ecclesia QVO AD NOS scriptura sacra Autoritas suspendenda est, Ecclesia ἀνωτέθυτος & ἀυτόπιστος erit. Sed posterius est absurdum. Ergo & prius.

85. Majoris connexio sibi constat. Cum enim sola Ecclesia determinandi & iudicandi de sacra scriptura libris potestatem habeat, iudicium ejus omni quoque errore vacuum sit, est necessarium.

86. Minorem probamus. Nam Christus, Paulus & Matth. 7. Iohannes fideles Pseudopphetas cavere iubent. Sic enim 15. Ioannes suos alloquitur: Probate Spiritus num ex Acto. 20. Deo sint, 28. 29. 1. Ioh. 4. 1.

87. Fixum itaq; ac firmum est, scripturas QVO AD NOS, non propter Ecclesia testimonium tantum, sed precipue propter internam Spiritus sancti persuasionem, à nobis sacras & veritatis amantissimè rectè haberi.

LUC. II.
VERS. 17
IOH. 5. 39.

88. Deus Opt. Max. qui Spiritum sanctum peccentibus daturum se promissit, rore caelesti pectora nostra perfundas, ut scripturas pari, qua Christus iubet, reverentia & devotione in ipsis vitam habeamus eternam, Amen.

FINIS.



Handwritten scribbles and faint markings at the bottom left of the page.



99 A 6906

ULB Halle 3
002 633 388




52

6

VD17

Rehe 0





M. A.

B L E M A

RBI DIVI

AS TANTVM AB
ONE HOMINVM EIVS-

eternæ vitæ hæreditatem
um, pendeat:

Quod
oderatore

DO AC CLARIS.

ANNE GEORGIO VOLCK.
ctore & Professore, in inclita
a Vitebergensi,

Pontificios,
Quintam, in Collegio Stu-
iæ privato, 29. Octobris
dam proponit.

ICVS NAGEL,
Brandenburgensis,

NDENTE.
E KEMPFIO,
ffelsternense Fr,

TEBERGÆ,
Georgi Mulleri
M, D, XCV.

